Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Historiarum et chronicorum mundi Epitome velut Index, usque ad Annum 1534. : Accessit breuis catalogus omnium cum Imperatorum tum Pontificum Rom. usque ad Carolum. V. & Cleme[n]tem VII.

https://hdl.handle.net/1874/451959

T. oct. 111 2

# HISTORIARVM ET CHRONICORUM

RVM ET CHRO.
nicorum mundi Epitome ve:
lut Index, vſque ad
Annum
1534.

ACCESSIT BREVIS CATA:
logus omnium cum Imperato:
rum tum Pontificum Rom.
vſque ad Carolum. V.
& Clemētem
VII.

VAENEVNT ANTVERPIAE
in Rapo per Michaelem
Hillenium.

ANNO M.D.XXXIII.
Menſe Octobri.

# ACHIL= LES P. GASSARVS

Leõhardo Baiero Eſſingẽ=
ſi patrino & domino ſuo
amantiſſimo S. D.

EMergentibus tot vn=
diq; Chronographis
antiquiſſimis, grauiſ=
ſimiſq; hiſtoricis, ope
ręprecíũ me ſtudioſis
facturũ arbitrarꝰ ſum
ſi epitomen noſtram
qua indicis vice ſum=
mam quandã omnium mundi ætatum,
monarchiarũ ſublimiorũ ac maxime illu
ſtriũ, ſanctorũq; deniq; & doctiſſimorum
hominũ q̃ breuiſſimis cõplexus ſum, vel
tui cauſa, cui plurimum debeo (præceptor
chariſſime) publice illis cõmunicarẽ. Exi=
ſtimabã enim eo pacto nõnihil me iunio
rum poſſe adiuuare vel illuſtrare ſaltẽ ſtu=
dia, cũ omnino vnum id æditione iſta in
vobis habeã, anſam videlicet imperitiori
bus præbere, deinceps acrius inueſtigãdi,
diligẽtiſſimeq; euoluẽdi rerum inſigniter
geſtarũ elegãtiſſimos ſcriptores. Nam do=
ctos ego erudito hoc ſeculo tanq̃ ſus Mi=
neruã docere, præſertim in tã varia cõpu=
tatione annorũ, hiſtoriarũq; dubia diſſo
nantia, neutiq̃ volo. Si qui tamẽ in libellũ
hunc incidant, nec ſimplicibus contẽti, al

 tiora

tiora curioſius requirunt, hi Hieronymū de Hebraicis quęſtionibus, Euſebium tertio Eccleſiaſticæ hiſtorię, Bedam libro de ratione temporum cap. 66. atq; Hermāni Veringenſis chronicum ſtatim ab initio legant, aut certe Aurelium Auguſtinū de ciuitate dei. 18. & 16. libris. Potiſſimū vero H. ac. 15. capite quintidecimi libri, vbi plurimā de annorū mūdi diuerſitate ætatūq; incerta diſcrepantia, & exactiorē inueniēt diſputationem. Quod ſi neq; illis ſatiati, perplexum magis huiuſmodi materię adhuc deſiderāt chaos, Petri de Aliaco quōdam Cameracenſis tractatū, quē Baſileæ olim de concordantia Aſtronomiæ cum Theologia, hiſtoricaque ſcripſit veritate, ſcrupuloſius perſcrutētur, & pro libitu quę volent ſane amplectantur. Nos enim hic nobis, noſtriq; ſimilibus, hoc eſt tenuioribus, conſulturi, receptiſſima ſolum excluſis omnium ambiguitatibus decerpſim⁹. At ne extra propoſitum longior fiam, curſim imitationis meæ inſtitutum audi. Sacris in rebus, ſeptuaginta interpretes: in papis, cōciliorum & ordinum enumeratione, Volaterranum. in reliquis, qui cuilibet negotio, imperioue credebantur magis idonei, veluti Bedam, Contractū, Riccium, Naucleum, & ſimiles ſum ſecutus authores. Præcipue aūt ſequentia magna ex parte q̃d ἡ τετριμμένη ὁδὸς ἀσφαλεστάτη videat, Euſebij, nec correſpōdēt calculo, Quibus cū paſſim cūctos quaſi adſtipu-

ſtipulari ſentiam, noſtra hæc quoq; auda
cius, haud equidẽ vt oracula aſſerere, ſed
vt veriſimiliora monendi gratia ſtudioſis
proponere cordi fuit. Proindeoptime vir,
meam hanc meſſem atque collectionem,
quam & tibi nominatim dedico, & tuis
auſpicijs in vulgus emitto, pro tua pru=
dẽtia aduerſum vitilitigatores fortiter de=
fendere, noſtrumque conatum beni=
gno fouere pergas animo, quo nõ
ſemper aliorum tantummodo
in laboribus ingenioſus,
verum proprio Marte
aliquando clarus eſ=
ſe conten=
dam.
Bene vale. Lin=
dauij Menſe Iunio, Anno Domini
M. D. XXXII.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | 1 | Condito mundo | Diluuium | 1856 |
| | Bibliæ & He- | 2 | Diluuio Noe | Abraham | 292 |
| | bræorũ cõpu | 3 | Natiuitate Abrahæ | Exitum Iſrael | 505 |
| | tũ ſunt ſeptẽ, | 4 | Exitu de Aegypto | Tẽplũ Salomonis | 480 |
| | ſcilicet | 5 | Templi ædificatione | Captiuitatem | 440 |
| | | 6 | Captiuitate Babylon | Chriſtũ Meſſiam | 579 |
| Aetates | | 7 q̃ nũe | Chriſti natiuitate. | Inſtans | 1532 |
| mundi | | rãtur a | | vſq; ad | annis |
| ſecundũ | | 1 | Creatione mundi | Diluuium | 2242 |
| | Euſebij & ali- | 2 | Diluuio vniuerſali | Abrahamum | 942 |
| | orum Chroni- | 3 | Natiuitate Abrahæ | Dauidem | 941 |
| | ca ſunt ſex, ſci- | 4 | Dauidis regno | Tranſmigrationem | 485 |
| | licet | 5 | Trãſmigratiõe Bab. | Chriſtum | 589 |
| | | 6 | Chriſto nato | Præſens tempus | 1534 |

# HISTORIA
## RVM ET CHRONICO-
### rum mundi Epitome.

Anni mundi — Anni añ Christũ

PRIMA MVNDI AETAS ad diluuiũ vſq; perdurat. Ea ſecundũ Hebræos habet. 1656. annos; ſecundũ Euſebiũ & noſtros Chronicos, 2242. ſcđm Auguſtinũ autẽ. 2262. At Hieronymꝰ nõ plene. 2000. Alphonſus vero. 3882. annos ponit.

In principio creauit ex nihilo Deus cœlũ: terrã, mare, & omnia quæ in eis ſunt.

• Adam & Heua primi homines finguntᷓ.

Adam genuit Caymum, & Abel, qui fuit 5199
paſtor ouium primus.

15 Caym agricola primam ciuitatem in Ori 5184
ente condidit, quam ex nomine primogeniti ſui Enoch vocitauit.

Thubal ſeu Iobal muſicꝰ, Lemech primi bigami filius, citharæ, organi, cantionũq; inuentor.

Thubalcaim, ſiue Thobel, frater eius, pri-
150 mus faber metallorum, atq; ſculptor.

255 Seth poſt Abelis iteritũ de Adamo naſcitᷓ

Seth genuit Enos, a quo filij Dei. 5069

435 Enos genuit Cainan vel Kenan.

625 Cainã genuit Malalahel, ſiue Mahalaleel 4574

795 Malalehel genuit Iared.

959 Iared genuit Henoch, quem Dominus in paradiſum tranſtulit ne moreretur,

1123 Mathuſalẽ, ſeu Methuſalah, qui noningẽ- 4076

tos octuagintanouem annos vixit, ab E-
noch generatur.
1287 Mathuſalem genuit Lamech.
1475 Lamech genuit Noab, virū iuſtum. Sub
hoc tempus erant ſuper terram gigantes
incredibilis fortitudinis & potentiæ, viri
iniqui.
2980 Noe, qui & Ianus, genuit Sem, Cham & 2959
Iaphet.
2240 Factū eſt diluuiū vniuerſale, inundatioq;
ſuper totam terram, in quo vniuerſi ho-
mines, cunctaq; animantia mundi perie-
re exceptis ijs quæ Noeus in arcā aſſum-
pſerat.

## SECVNDA AETAS.

SEcūda ætas ſeculi incipit ab eo anno quo Noah ex arca egredi iubetur, duratq; ad natiuitatē Abrahæ, hęc ſecundū Hebręos, 292, annos cōtinet, ſecundū vero interpretes & Euſebiū, 942. ſecundū deniq; Auguſtinum, 1072, habet annos. Beda autem, 522, annos ſolum ponit.
Vitem primus coluit ac plantauit Noe.
2242 Sē genuit Arphaxat (a q̄ Arabes & Chal- 2957
dæi) Aſſur poſtea dictus, a quo Aſſyrij, &
Helam, a quo Helamitę, ac cæteros filios
Cham genuit Chus, a quo Aethiopes,
Meſram, a quo Aegyptij: Chanaā, a quo
Chananæi & cæteri.
Iaphet genuit Gomer, a q̄ Itali. Magog,
a q̄ Scythæ: Moſuh, a quo Amazones, &
Moſcouitæ: Iauan, a q̄ Græci, ac reliquos.
2378 Arphaxat genuit Sala, a quo Indi.

Gomer Iapeti filius genuit Aſcenã,qui &
Thuyſco.a quo Germani & Gotti.
2507 Sala genuit Heber,a quo Hebræi. 2691
Chus genuit Nimroth vel Saturnum qui
primus imperium apud Babylonios ſibi
vendicat.Cumq; filijs ſuis nititur ibidem
turrim in cœlum vſq; extruere.
2630 Heber genuit Phalech & Iectan.Sub hoc 2569
facta eſt linguarũ confuſio,variaq; homi
num monſtra,ut Cyclopes, Centauri,Py-
gmæi,Satyri & cætera extiterunt.
Comerus Gallus primũ Italiam excoluit.
2760 Phalec Pelegue genuit Ragahu,& fr̃es ei9 1439
Regnum Scytharum in ſeptentrione ſub
Tanao rege exordium ſumit.
Thuyſcon Sarmatas fundat.
2891 Ragau vel Regu genuit Saruch &c.
Amazonum fœminarum regnum exordi 2307
um habet.
Sores,ſiue Vizones primum in Aegypto
regnare occipit.
3022 Saruch vel Serug genuit Nachor. 2177
3079 Belus,qui & Iuppiter,Aſſyriorũ regnũ au 2120
ſpicat̃,cui pręeſt ſexagintaduobus annis
3101 Nabor genuit Tharah.
Celtiberorũ,id eſt Hiſpaniæ regnum a Iu
bal filio Phalec initium ſumit.
3141 Samotus Celtas id eſt Gallos condit,
Ninus ſecundus Aſſyriorũ rex, qui condi 2058
dit Niniuen:& regnat. 52. annos. Huius
3145 tempore idololatria pullulare cœpit.
Thuyſcon populũ ſuũ legibus informat,
& Germanorum primus rex fit.

3171 Cham, qui & Zoraſtes, magicam & vene
ficia apud Bractrianos reperit.
Aegyaleus primus Sicyonijs imperat.
3184 Thara genuit Abrã, poſtea Nabor & Ha 2015
ran in Chaldæa maximum.

## TERTIA AETAS.

Tertia ætas mundi hinc ad tempora Dauidis durat, & habet ſecundum Hebræos. 940. Iuxta Iſidorum tamen vno plus; alij autẽ, 842. annos tantum ponunt.

Melchiſedec prim9 rex & ſacerdos Salem.
Arithmetica & aſtrologia reperiuntur.
Iſmael naſcitur ex Agar ancilla.
Iupiter magus ætherei filius, cui nomen
proprium Lyſania, apud Arcadiã floret
Pallas ſiue Minerua ad lacũ Tritoniũ eſt. 2005
3194 Semiramis Nini vxor poſt obitum mari
ti quadragintaduos regnat annos.
Circuncíſio poſteris Abrahæ in fœd9 per
petuum a deo inſtituitur.
3200 Mannus ſecundus ad Rhenum rex Thu
ſconum fit.
Selchin tertius Sicyoniorum poſt Euro
pam patrem ſuum rex.
3224 Iſaac ex Sara & Abrahamo in terra Ca 1975
naan naſcitur.
Treueris Germaniæ vrbs a Trabeta fra 1947
tre Nini conditur,
Hiberus ſecundus rex Hiſpaniæ.
3254 Zameis, qui & Ninias Aſſyriorum rex tri 1946
gintaocto annis.
3272 Memphis, nunc Alcayr, ab Ogelo Aegy
pti re

pti rege ædificatur.
3283 Loth filius Haran ab incendio Sodomæ & Gomorrhæ eripitur cum ſuis tantum.
Damaſcus in Syria, ac Solodurum apud Heluetios fundantur.
Aratrū primo Oſyris in Aegypto reperit.
Ingheuon apud Thuyſcones regnat.
3284 Iacob & Eſau ex Rebecca naſcuntur. 1915
Veſta, Ops, Diana, & Sol in pretio apud vulgus habentur.
3292 Arius quintus Aſſyriæ rex, triginta annis. 1907
3315 In Creta primus regnat Cres indigena.
Apher primus in Libya caſtra ponit, indeq; Aphrica dici cœpit,
3321 Druyus apud Celtas peritiæ ac præſagiorum plenus regnat, ac Druydes inſtituit.
3322 Aralius ſextus Aſſyriæ rex, annis. 40. 1877
Hermon vir armis ferox Thuyſconū rex.
Thurimachus poſt Taleſionem ſextus Sicyoniorum rex.
3344 Inachus Oceani & terræ filius cœpit apud Argos regnare primum.
3345 Iacob, qui & Iſrael, ex Rachele ſuſcipit Ioſephum, & deinde Beniamin.
Io vel Iſis floret.
Ceres Cœli filia ſegetem monſtrat.
3362 Baleus ſeptimus Aſſyriæ rex annis triginta. 1873
Marſus apud Thuyſcones regnat
3392 Armatrites, octauus Aſſyriæ rex triginta octo annis.
Theſſalus Creti filius in Theſſalia primū regnare occipit.

Phoro-

3410 Phoroneus ſecundus Argiuorum rex. 1789
Belochus nonus rex Aſſyriorum annis tri gintaquinq;.
Gambriuius Thuyſconum rex ſextus.
Oeta prim⁹ regnũ in Chalchide cõſtituit.
Apis, qui & Serapis, floret.
Tagus Hiſpaniarum rex.
3437 Iudas, a quo Iudęi: Leui, a q̊ ſacerdotes.
Ruben, Simeõ, Iſachar; Zabulon, filij Leæ cũ reliquis fratrib⁹, vnde duodecim trib⁹ Iſraelis deſcenderũt, in Chanaan florent.
Triptolemus in Eleuſi inſula claret.
3448 Baleus ſecundus, Aſſyriorũ rex decimus 1752
annis quinquaginta duobus.
Ioſeph a fratrib⁹ ſuis in Aegyptũ vendit
3460 Rhodus ciuitas, nomẽ inſulæ primo fuit.
Venus, Apollo, Chyron centaurus florent
3478 Sparta ſiue Lacedęmon ciuitas a Sparto Phoronei filio i Peloponeſo ędificari cœpit
Sueuus apud Thuyſcones regnat, &populum bellicoſiſſimum in Germania de ſe cognominat.
Amaſis Aegypti rex.
Betus Hiſpaniæ rex.
Iudas genuit Phares & Zarã e Thamar
3491 Vandalus Thuyſcones regit.
Prometheus homines fingit, primuſque ignem e ſilice excuſſit.
3517 Altadas vndecimus Aſſyriorũ rex annis 1682
trigintaduobus.
Atlas aſtrologus cœlum apud Græcos humeris geſtare creditur.
3540 Theutanes Thuyſcones regit & cognominat.

Pluto

Pluto inferorum deus, Saturni filius cum fratre Neptuno maris deo floret.
Mamitus duodecimus Aſſyriæ rex.
544 Hebrẹorũ ſeruitus in Aegypto inualeſcit. 1655
Mercurius ex Maia naſcitur, qui lyrã primus adinuenit. (30.annis.
582 Mancaleus decimus tertius Aſſyriorũ rex 1537
Proſerpina & Lucina florent.
Hiſpalis ciuitas in Hiſpania fundatur. 1637
3583 Syria a Syro indigena nomen hoc ſortit
Hercules Alemannus Thuyſconum rex.
Aeolus ventorum deus, poſt Leſtrigonas in Sicilia regnum tenet.
3591 Spherus decimusquartus rex Aſſyriorũ, annis viginti. 1607
3604 Aaron ex Amram nepote Leui naſcitur.
Accenedis Aegypti rex.
3611 Moſes Aaronis frater in Aegypto naſcit. 1588
3627 Arogilus, ſeu vt alij volunt Proclitus, primus quadrigam iunxit.
Hercules Antheum lucta vicit.
Lesbus a Xantho conditur.
3641 Spharetus decimusſextus Aſſyrię rex quadraginta annis. 1558
Hiob vir patientiſſimus, ſapientiſſimusq; in Edom claret: quem Philo multo ſuperiorem, & generum Iacob propter vxorẽ Dinam facit.
Cecrops Athenas in Euboea cõdidit, cœpitq; primus ibidem rex eſſe.
3675 Deucalionis in Theſſalia diluuiũ, & Phaetontis incendium paulopoſt.
Cygnꝰ Stelenẹi filiꝰ apud Inſubreis.i.Lõbardos

Anni mundi. bardos regnat. Anni ante Christũ
3681. Aſcatades ſeptimusdecimus Aſſyriorum rex, quadraginta vno annis. 1518
3685 Corinthus in Achaia a Syſipho conditur ex nouo.
3689 Moſes contra Pharaonem Chencrem Aegypti regem pugnat, & Iſraelem liberat. 1510
Mytilene in Aſia minore conditur.
Ianus primus rex Italiæ.
3692 Moſi lex Decalogi in Syna mõte a domino deo traditur. 1507
Regnum Troianũ a Dardano inchoat.
Genua Lygurum ædificari cœpit.
Amphytrion tertius Atheniẽſis rex, poſt quem Erichthonius regnat, qui prim9 argentum inueuit.
Lycaõ Arcadię rex in Peloponeſo exulat
Vulcanus in Lemno fabrum agit.
Aſina prophetæ Balaam humana loquela vtitur apud Hebræos.
Stenelus Argeorum rex a Danao Mycænarum rege propellitur.
Aethiops in Aethiopia. primus regnat.
Siculus in Sicilia
Bœotius in Bœotia.
3722 Amyntas Aſſyriorum decimusoctauus rex annis quadragintatribus. 1477
3729 Ioſue poſt Moſem inter Hebræos ducatũ ſuſcipit.
Sardus Sardiniam primus denominat.
Buſiris in Aegypto ĩhumaniſſime regnat
Eleazar filius Aaronis ſummus ſacerdos.
Baioaricus, Noricus, & Hunus apd Thuyſcones imperitant.

Proſer-

3732 Proſerpinā rapuit Orcus Moloſſorū rex.
Thebe, quæ & Heliopolis, in Aegypto ex ſtruitur.
Hermes Trimegiſt9 philoſoph9 ęgypti9.
3755 Othoniel primus Hebræorum iudex. 1444
Cadmus Græcos characteres, & Phœnix frater eius Phœniceos adinuenit.
Thebæ in Bœotia ædificantur.
3760 Rhadamantus Lyciorū rex æquiſſimus.
3797 Belocus decimusnonus Aſſyriæ rex trigin ta annis. Fuit & Cuſardus circa hāc tēpe ſtatem Aſſyriorꝝ rex quoq;, teſte Ioſepho. 1432
Bacchus Liber pater ex Semele naſcitur.
Pandion Athenienſis rex.
Lynceus Argiuorum rex.
Luſus Hiſpaniæ rex.
Linus Thebeus, Amphionque clariſſimi Muſici florent.
3796 Bellopares viceſimus Aſſyriorum rex tri ginta annis. 1340
Adalogerion Thuyſconum rex.
3800 Aioth ſecundus Hebræorum iudex, ſub quo Phineus pontifex eſt.
Minos in Creta regnat ſeueriſſime.
Tros, a quo Troiani, tertius Meoniæ rex.
Oedipus Laij & Iocaſtæ filius ænigma Sphingis apud Thebas ſoluit.
3816 Moguntiacum Rheni ciuitas in Germa= nia extrui cœpit primum.
Sethus Aegypti imperator.
3823 Lamprides viceſimusprimus Aſſyriorū rex, annis trigintaduobus. 1347
3839 Tantalus primus Phrygum rex, cum filia

ſua

Anni mundi. Anni ante Christū

ſua Nioba.
Pelops Argiuorum decimustertius rex.
Niſus apud Megarenſes, & Creon Corin thi florent.
3854. Perſeus, a quo Perſia dicitur, regnat ibidē.
Phrixus & Helle nouercā fugientes, mare de ſe cognominant.
Samgar, tertius Hebræorum iudex.
Aeacus Myrmidonū rex in Aegina inſula
Ilion floret in Aſia minore.
Minotaurus ex Paſiphae naſcitur.
Prima Sibyllarum, Samia, claret.
3863 Bellerophon cū Pegaſo equo Chimęram (ſuperat.
Melampus medicus viget.
3873 Lampares viceſimustertius Aſſyriæ rex poſt Soſarem annis triginta. 1313
3876 Debora & Barach Iſraelem iudicant.
Picus Iani nepos Auſoniæ rex.
3892 Acriſius decimusquartus & vltimus Argi uorū rex, a quo tandē Perſeus filius Danaes regnū Mycęnarū in Argolica incœpit.
3897 Auguſta Vindelicorum ædificari cœpit.
Sibylla Erithręa, Mars deorū bellicoſiſſimus & Mydas rex in Phrygia florent.
3906 Pannias viceſimusquartus Aſſyriorū rex, annis quadraginta quinq;, 1293
Vlyſſes Germanus Thuyſconum rex.
3919 Gedeon iudicat filijs Iſrael.
Tyrus Syriæ ciuitas ad mare extruitur.
3934 Argonautæ in Cholchidem cum Iaſone nauigant.
Medea ſaga & Creuſa florent.
Thyeſtęs Mycęnis imperat cum fratre.

Sibylla

Sibylla Delphica, Orpheꝰ & Muſicꝰ poetę
Beroſus hiſtoriographus, Dædalus archi
tectus, Icaruſq; filius eius clarent.
1248 Atreus primus eclipſium Solis indagator 3943
Soſarmus vigeſimus quintus Aſſyriæ rex
decem & nouem annis
Theſeus Athenarū rex cum Perithoo ad
inferos deſcendiſſe fertur.
Abimelech ſextus Hæbræorum Iudex. 3956
Lapythatum & Centaurorum bellum in
Theſſalia exoritur.
Tola ſeptimus iudex Hebræorum.
3960 Faunus Pici filius ſecūdus Latinorū rex
Brennus in Germania regnat.
Priamus ſextus & vltimus Troianorū rex
Sibylla Libyca, Phrygia, Cumæa, Perſica
his temporibus floruerunt.
Medꝰ primꝰ Medos denominat, & regit.
1216 Iair Galaatides, octauꝰ iudex Hebræorū. 3973
Nicoſtrata potētiſſima, vel vt alijs placet
Carmenta, Latinum alphabetum in Ita-
lia comminiſcitur.
Arachne textrix ingenioſiſſima floret.
3994 Teutanes vigeſimusſextus Aſſyriorū rex
Cacus Hiſpaniarum rex,
3997 Bellum Amazonum contra Thebas eſt.
4004 Iepte nonus Hebræorum iudex: 1195
Lauinus tertius Laurentum rex.
Menelaus in Lacedæmonia imperat.
Pentheſilæa Amazonum regina.
4013 Abeſſa ſiue Heſebon. x. iudex Iſraelitarū 1186
Bellum decennale Troianū hiſce diebus
inſurgit, quo Achilles, Hector, Agamēnō

Paris, Aiax, Neſtor, Vlyſſes & cæteriꝗ emi=
cuerunt.
4020 Abilon vel Elon, II· iudex Iſraelitarum. 1179
Aeneas Anchiſæ filius in Latio regnare
occipit, vbi nunc Campania eſt.
4026 Tanteus Aſſyriæ rex quadraginta annis.
4028 Colonia Vbiorum in Germania cõditur
4030 Labdon ſeu Adõ duodecimus iudex He 1169
bræorum.
Circe incantatrix Italiam petit
Neapolis Campaniæ vrbs extruitur.
4036 Sanſon vir fortis & robuſtiſſimus, vltim⁹ 1163
Hebræorum iudex.
Aſcanius ſecundus in Latio rex.
Pilades inſanum Oreſtem comitatur.
Hiſtoria Ruth mulieris hoc tpe geſta eſt.
Narbona & Lutetia Pariſiorũ in Gallijs
ædificari cœperunt. 4958
8141 Heli ſacerdos & iudex in Iſrael.
Francus Hectoris Germani non Troiani
filius, ad Danubij ripas imperat.
Syluius Poſthumus tertius in Latio rex.
4063 Thincus Aſſyriæ rex, triginta annis. 1163
4866 Britannia a Brito Syluij filio nomen acci
pit, qui primus regnum illic auſpicatur.
Samuel principatum & ſacerdotiũ apud
Hebræos obtinet.
4095 Dercilus Aſſyriorũ rex in Babylone qua= 1100
draginta annis.
4099 Leuſippus viceſimusſextus & vltimus Si=
4104 cyoniorum rex, poſt quẽ Euryſthæus Grę
cus primns Lacedæmoniorum rex fit.
Athletes primus Corinthijs imperat.

Achimelech Hebræorum pontifex.
4110 Aeneas Syluius quartus in Latio rex.
Heſiodus & Homerus poetæ Græcorum 1089
præclariſſimi.
4113 Codrus decimusſeptimus & vltim9 Athenienſium rex, morte ſua Peloponeſiacū dirimit bellum.
Melico Hiſpaniarū poſt Erithrum rex.
4123 Madda Britonū tertius poſt Locrum rex
Latinus Syluius quintus Latinorum rex.

QVARTA AETAS.

Quarta ſeculi ætas durat a Dauide ad captiuitatem Babylonicā, habetq; ſecūdum noſtros hiſtoricos 485.annos. Beda autem tantummodo 474.numerat.
4124 DAVID filius Iſai vel Ieſſe ex tribu Iuda rex & propheta Hebræis imperat an. 40. 1075
Nathan, Aſaph, Gath prophetæ: Abiather pontifex apud Hebræos.
4136 Eupales trigintaocto annis Aſſyriæ rex. 1063
Abſalō, Ammō, Adōias, Ierſā filij Dauid
4150 Epheſus in Aſia minore, Carthago a Didone in Africa conduntur.
4164 Solomō Dauidis ex Bethſaba filius, ſecūdus Hebræorum rex, vir omnium ſapientiſſimus regnat quadraginta annis. 1053
Saba regina Meroes ad Nilum.
Laoſthenes Aſſyriæ rex.
4173 Templum Hieroſolymis completur
4176 Alba Syluius ſextus Latinorum rex.
Argilaus tertius Corinthiorum rex.
Labotes quartus Lacedæmoniorum rex

Sadoch Hebræorum pontifex.
Smendis Aegyptiorum Dynaſtes.
Therſippus Athenienſis princeps.
4204 Roboam tertius Hebræorũ ex Iuda rex. 995
4205 Hieroboã prim⁹ rex Iſraelis ĩ Samaria fit.
4212 Atys ſyluius, vel Capis, ſeptim⁹ Latij rex
4218 Pyriciades trigeſimus ſecũdus Aſſyriȩ rex
4221 Acias quartus Iudæorum rex triennio.
4224 Aſa quint⁹ rex in Iuda quadragita annis 975
Nadab ſecundus Iſraelis rex.
Ebraticus Britanniarum rex.
4228 Baſſa tertius rex Iſraelitarum.
4236 Capis, vnde Capua, Latij octauus rex.
Ageſilaus ſextus Lacedæmoniorum rex, annis quadraginta quatuor.
4249 Orphate⁹ trigeſimustertius Aſſyriȩ rex.
4265 Helam quartus rex Iſraelis. 945
Ambrias quintus rex in Iſrael.
Carpẽtus Syluius nonus Latinorum rex.
Ioſaphat ſextus rex Iudæ, xxv. annis. 931
4268 Achab impius ſextus rex Iſraelitarum.
Abdías'Oſias, Micheasq; prophetant.
Allobrox Gallias regit. 919
4270 Ophragoneus trigeſimus quartus Aſſyriorum rex quadraginta annis.
4278 Tiberius Syluius, a quo Albula Tyberis vocata eſt, decimus Latij rex.
Agelas ſextus Corinthiorum rex.
Oſochor Aegyptiorum rex.
Mezades princeps Athenienſium.
4286 Agriga vel Agrippa, vndecim⁹ Latij rex.
Orchoſias ſeptimus in Iſraele rex.
Helias Thesbites maximus prophetarũ.

4290 Ioram ſeptimus rex in Iuda. 909
Edomitæ a Iuda deficiunt.
Ioram octauus rex Iſraelis.
Ochoſias vel Ahaſias, octauus rex Iudæ.
4299 Athalia mater hui⁹ Hieroſolymis regnat
Ioiada vel Ioiades Hebræorum pontifex
Iſebel vel Iazebel mulier peſſima.
4302 Iehu nonus Iſraelitarum rex. 892
Azael ſeruus poſt Benhada dominũ ſuũ
rex fit in Syria, & Iudæos affligit.
4306 Ioas decimus rex in Iuda.
4320 Aſtrazapes trigeſimus quartus rex in Aſ= 879
ſyria annis quadragintavno.
Zacharias pontifex occiditur inter tem=
plum & altare apud Hebræos.
Heliſeus vir dei & propheta moritur.
4326 Aremulus duodecimus Latinorum rex.
4330 Ioachab ſeu Iacob decimus Iſraelis rex.
Lycurgus apud Lacedæmonios claret.
Auentinus, vnde mõti nomẽ, rex ex Latio
4344 Amaſias vndecimus rex Iudæ. 853.
4346 Ioas vndecimus rex Iſraelis.
Soncharis Aegypti
Ariſtemides Corinthiorum rex
Teleucus Lacedæmonum
4361 Tonoſcõtoleros, q & Sardanapalus dicit̃ 838
vltim⁹ Aſſyriorũ rex ſeſe cremat vict⁹tãdẽ
4353 Hieroboam duodecimus rex Iſraelis.
Egemenon Corinthiorum rex nonus.
4375 Azarias qui & Vſias duodecimus rex in 824
Iuda quinquagintaduobus annis.
4 81 Regnũ Aſſyriorũ trãsfertur in Medos, & 818
regnat illic primus Arbaces annis. 28.

Phydion Argiuis primus pondera & mẽ
ſuras excogitauit.
4382 Procas Sylui9 decim9 quart9 Latinoꝝ rex
4387 Carnaus ſiue Gramaus vel Caranus, pri=
mus rex Macedoniæ efficitur.
Oſee, Iohel, & Eſaias prophetizant.
Nannetes apud Gallos imperat.
4403 Zacharias tertiusdecimus rex Iſrael. 796
Sellum decimusquartus rex in Iſrael.
Bebochorus Aegypti rex, qui primus im=
perium maris poſt Phœnices obtinuit.
4409 Mandanes ſeu Soſitanus ſecund9 rex Me 790
Cunegadius Britanniæ rex. (dorum.
Manahen decimusquintus Iſrael rex.
Amuli9 ſilui9 decimusquintus Latij rex.
Cenus ſecundus Macedonum rex.
Automenes. 12. & vltim9 rex Chorithioꝝ.
4415 Phaceas ſextusdecimus rex in Iſrael.
Ardiſius primus Lydijs imperare cœpit
4424 Olympias prima apud Græcos, ſecundo 775
Aeſchyli Athenienſis iudicis anno ab E=
lienſibus inſtituitur
Lacedęmoniorũ reges deficiunt, ex quo
Phalancus principiũ Spartani regni facit
Phacea ſeptimusdecimus Iſraelis rex.
442 Ioathan decimustertius rex Iudæ.
Micheas & Naum prophetizant,
Romulus & Rem9 ex Ilia vel Rhea naſcũt 773
4429 Achas peſſimus rex in Iuda. 756
4441 Thoraldus Cimbrorum & Teutonũ rex.
Numitor vltimus Latinorum rex.
4447 Romam vndecimo calendas Maij condi 752
dere Remus & Romulus.

4448 Oſee decimusoctauus & vltim⁹ rex Iſrael 749
4451 Soſarmon vel Medid⁹ terti⁹ rex in Media
4451 Romulus primus rex Romanorum fit.
Alactes ſecundus rex Lydorum
Thales Mileſius ſapiens claret.
4454 Iſrael trāsfertur per Salmanaſſer & Sena=
cherib Aſſyrios in Mediam, Perſidemq́;.
Mileſij maris imperium obtinent.
Perdica quartus Macedonum rex.
Meles quintus Lydorum rex.
Aſſyrij primum nunc cœperunt Samaritę
dici.
4459 Ezechias decimusquintus rex in Iuda. 740
4461 Syracuſa, Naxus, Cathina, conduntur in
Sicilia.
4479 Articarmus ſeu Cardiceas quartus rex a= 720
pud Medos.
4485 Numa Pōpilius ſecundus rex Romanorū 714
Hic primus annum duodecim mēſeis ha
bere conſtituit.
Scabon Aethiops Aegypti rex.
Aſſyriorū regnū omnino deficit in Baby.
Solon, Pythacus, Chilon. Bias, Cleobulus
& Periander ſapientes Græcię, itēq; Ana
charſis Scytha philoſophus florent.
Merodach primus Chaldæorum rex.
Tobias apud Hebræos claret.
4488 Manaſſes ſextus decimus rex in Iuda, an= 712
nis quinquagintaquinq;.
4492 Deocles quintus in Macedonia rex.
Gyges vel Gygius e paſtore rex fit Lydo=
4493 Capitolium Romæ in mōte Tar= (rū.
peio extruitur.

Merres Aethiops Aegypti rex.
Argeus ſextus Macedonum rex,
Arbianes ſiue Diocles quit9 rex Medorū.
4527 Tullus Hoſtilius tertius Romanorū rex. 672
4536 Byzantium quæ nunc Conſtantinopolis a Pauſania Spartanorum rege conſtruitur in Thracia.
Mœtius Suffetius Albanorū dux quadrigis ob ruptnm fœdus diſcerpitur.
Archilochus & Simonides poetæ, Ariſtodemusq; muſicus florent.
Ardis Lydorum rex.
Zaleucus Locrenſium legislator.
4543 Hammon ſeptimusdecimus rex in Iuda.
4544 Arceus vel Phraortes ſextus Medorū rex. 655
4545 Ioſias decimus octauus poſt fratrem rex Iudæ.
4558 Ancus Martius rex Romanorum quartus
Theognis & Phocilis poetę apud gręcos
Hieremias, Sophonias, Baruch, & Olda, prophetę, item & Helchias pōtifex apud Hebræos florent.
4563 Scythæ vſq; in Palæſtinam penetrant.
Phalaris apud Agrigētinos tyrannidē exercet, ſub quo Perillus artifex claret.
4570 Artines vel Cyaraxes, Arſaceſue, ſeptim9 in Media rex. 629
4577 Ioachas decimusnonus rex Iudæ.
Steſichor9, Sappho mulier poetæ, ac Phereades Syrus philoſophus, qui prim9 de dijs animiq; immortalitate ſcripſit, claret
4582 Tarquini9 Priſcus, quint9 rex Romanorū
Sinogeſtus poſt Clitoueum Germanorū, ac Bel-

ac Bellouaſus poſt Ambigatum, Gallo- 613
rum Reges.
4586 Ioacim vigeſimus Rex in Iuda.
Arion muſicus a Delphino e mari in por
tum tranſportatur.
4391 Nabuchodonoſor, ſiue Nebuchadrezer,
tertius Chaldęorũ rex, qui Iudęam cepit.
4597 Ieconias vel Ioachim, vigeſimusprimus 602
rex in Iuda.
Abacuc & Ezechiel prophetant.
4601 Zedechias vltimus Rex Iudæ, annis vn-
decim.
Pythagoras Samius. Epimenides Creten
ſis philoſophi, Sibylla Cumana vel Amal
th æa florent.
4602 Aſtyages, aut Aſtybarus vltimus rex Me 597
dorum, poſt quem Perſis regnum tradit.
Maſſilia Galliæ ciuitas a Phocenſibus cõ
ditur.
Europs Macedonum rex.
4909 Hieruſalem cum templo ſubuertitur. 590
Danię regnũ circa hæc tempora Dan qui
dam auſpicatus eſt primo, cui Hũblus &
Lotherus filij ſuccedunt.

## QVINTA AETAS.

Quinta mundi ętas hinc ad natiui
tatem vſque Chriſti Ieſu durat, &
continet apud omnes communi-
ter. 289. annos, licet nonnulli duos ſuper
addunt.
4611 Captiuitas, ſeu tranſmigratio Babyloni- 588
ca fit regni Zedechiæ anno decimo.
Godolias Chaldę⁹ pręficit Hieroſolymis

Serui-

4620 Seruius Tullus Rhomanorum ſextus rex. 576
Nabuchodonoſor vndecimus Chaldæorum quartus rex.
Daniel vir deſideriorum claret.
Crœſus nonus & vltimus Lydorum Rex ditiſſimus, qui ſubacta Græcia poſt decimumquintum annum a Cyro deuincitur
Anaximãder philoſophus & Aeſopus fabulator florẽt
Piſiſtratus Athenieñſis tyrãnus in Italiam tranſgreditur.
4640 Cyrus primus regnum in Perſia auguſtiſſime inchoat, tenetq; id annis triginta 559
4555 Tarquinius ſuperbus, ſeptimus & vltim⁹ rex apud Romam fit.
Malachias, Aggæ⁹ & Zacharias prophetæ cum Sybilla Helleſpontiaca florent.
4656 Balthazar quintus Chaldæorum rex.
Darius frater Aſtyagis Medorũ regis, opera Zophyri Babylonios deſtruit.
Milthiades Athenieñ dux ad Marathonẽ
Thamyris Scythiæ ac Maſſagetarum regina Cyrum ſuperat.
4671 Cambyſes poſt patrem Perſarũ ſecundus rex: hic Aegyptum ſubegit. 525
Ioachim ſummus Hebræorũ pontifex.
Iudith Iudæa Holofernem obtruncat.
4680 Darius Lõgimanus, poſt Smerdim quartus Perſarum rex. 510
4682 Zorobabel princeps, & Ieſus Ioſedec ſacerdos templũ Hieroſolymis reſtaurant.
Pindarus Thebanus poeta, Neemias, Hebræus propheta, & Lucretia Rhomanæ pudicitiæ flos florent.

4688 Lucius Iunius Brutus ac Lucius Collati- 511
nus primi cõſules Romę creantur e plebe
Circa hęc tempora Gabriel angelus Meſ
ſiam Chriſtũ poſt.70. hebdomadas præ
dicit venturum in Babylone.
Horatius Cocles Romanus , Porſenaque
Rex Hetruſcorum florent.
4712 Trecenti Fabij a Veientibus occiduntur
Alexander Macedonię decimus rex.
Tribunatus officij apud Romanos pri- 494
ma inſtitutio.
Democritus Abderites ridet.
Heraclitus & Diagoras philoſophi clarẽt
4714 Xerxes Perſarum quintus rex. 485
Themiſtocles & Ariſtides Atheníenſium
Pauſanias Spartanorum duces.
Elizaphar Hebręorũ ſummus pontifex.
Pericles Athenienſis rogatu Aſpaſię vxo
ris Samum expugnat.
Euripedes, Sophocles, Aeſchilus poetę ac
Zeuſis pictor apud Græcos florent.
Artabanus Perſię rex ſextus, menſibus tã-
Dunuallus rex Britonum. (tũ ſeptẽ.
Gotherus Daniæ rex.
Archelaus Macedonum rex.
4735 Artaxerxes Longimanus rex Perſarum 464
ſeptimus annis.40
4743 Lex decem tabularum Romæ a Decem-
uiris promulgatur.
Bellũ Peloponeſiacũ in Græcia geritur.
Phydias ſtatuarius claret.
4751 Aediles primum Romę creantur. 448
Ezras propheta , Anaxagoras , Empe-
do-

docles, Meliſſus philoſophi, Herodotus, Thucydides hiſtorici, Ariſtophanes poeta florent.

4760 Hippocrates Cous, medicinæ pater.
Zeno ſtoicus & So crates philoſophi.
Sogdianus Perſarum rex.
Sub hoc tempus Scythæ, qui poſtea Sicābri, tandem Franci dicti ſunt, primum in Germaniam aduenere.

4776 Darius Nothus decimus rex in Perſia. 423
Lacedęmonij, & Athenięſes cōfæderant.
Eudoxus aſtrologus & geometer.
Dionyſius Syracuſanus tyrannus bellicoſiſſimus.

4790 Iudas Hebræorum Pontifex ſummus.
Alcibiades Imperator, & Philoſophus Athenienſis.

4795 Artaxerxes vndecimus cognomento Mēnon, vel Aſſuerus, rex Perſarū vndecimus 440
Camillus Rhomanus, Faliſcos & Veios ſuperat.

4805 Heſter Hebræa in Reginam aſſumitur. 394
Iſocrates orator, Plato diuinus, Epicurus voluptuarius, Diogenes Cynicus, Xenophon philoſophi, Metaſthenes Perſarum hiſtoricus, Chęrilus poeta, & cæteri florēt

4809 Senones, non Galli, ſed Sueui Germani, Romam præter Capitoliū inuadunt, Brēno rege ipſorum duce. 390
Roskildia ciuitas Silandię a Rhoe Danorum vndecimo rege extruitur. 380
Lyſander Lacedæmō Athenas ſubiugat
Epaminondas Thębarum dux.

Cal

Callias Atticus dux.
Conon Atticus dux.
4840 Ageſilaus Lacedæmoniorum dux. 359
Mediolanum conditur a Germanis
Nectanebus vltimus rex Aegyptiorum.
Nothbrodus Suetiæ rex.
Camillus in Galliam Germanos fugat.
4845 Artaxerxes tertius, qui & Ochus, rex duodecimus in Perſia. 354
Arthemiſia regina Mauſoli vxor claret.
Philippus Amyntæ filius viceſimustertiꝰ rex Macedonũ, qui ſolus Thraciã, Theſſaliã, Armeniã & cęteras obtinet clariſſimas
4856 Ioannes Hebræorum pontifex.
Demoſthenes orator, Ariſtoteles, Xenocrates philoſophi florent.
Heroſtratus templum Dianæ in Epheſo ſuccendit.
4862 Tit. Manlius Torquatus, & P. Decius cõſules Romæ fiunt.
Alexãder Epirotarũ rex in Italia occidit.
Lucius Papyrius Curſor aduerſus conſpirationem Samnitarum, dictator Rhomæ eligitur. 330
4671 Arſanes vel Narſes rex Perſiæ.
4874 Alexander Magnus, poſt patrem viceſimusquartus Macedonum rex, orbem iuuenis ſubigit. 328
C. Memmius forum rhomæ Roſtra appellari fecit deinceps.
4875 Darius decimusquartus & vltimus Perſarum rex a quo Græcorũ poſteą inualeſcere cœpit Imperium. 324

Anni mundi. Agatocles Syracuſanorum tyrannus. Anni ante Chriſtũ
Calliſthenes, Demas philoſophi, & Philippus medicus clarent.
7879 Alexandria Aegypti extruitur. 310
Pyrrhus Epirotarum rex inuictiſſimus.
Alexander moriẽs regnum ſuum inter duodecim ſocios ſuos partitur.
Theocritus poeta floret in Sicilia.
Ptolomeꝰ Lagi filiꝰ rex fit Aegyptiorum
4887 Philippus Arideus Alexandri frater quintus & viceſimus Macedonum Rex, qui Monarchiam apud Græcos habuit ſeptẽ annos. 312
Seleucus in Babylonia regnat.
*4889 Onias ſummus Hebræorum pontifex.
4592 Antigonus Philippi filius in Aſia regnat primus
4894 Caſſander & Lyſimachus ſocij reges Macedonum. 305
Machabæorum hiſtoria incipit hoc tempore apud Hebræos.
4898 C. Fabritius & Q. Aemilius Coſſ. Romæ.
Moruidus Britanniæ rex.
Hotierus Daniæ rex.
Gelderus Saxoniæ rex.
4900 Simon cognomine Priſcus, Hebræorum pontifex.
Demetrius Poliorcetes ſecundus Aſię rex
Tonſores primum e Sicilia P. Ticiniꝰ Romam adduxit.
4903 Antigonus & Alexander in Macedonia regnant ſimul. 259
Theophraſtus peripateticus & Demetrius

us Phalereus philoſophi florent.
4906 Demetrius.28.Macedonum.
Menander & Philemon poetæ clarent.
Mago Carthaginẽſium dux pater Aſdru-
Pyrrhus.29.Macedonũ rex. (balis. 287
4982 Appius Claudius conſul primus Cartha- 282
ginenſibus bellum intulit,& vicit.
Lyſimachus vndecimus Macedonũ rex
triceſimus in Græcia.
4922 Eleazar ſummus Hebræorum pontifex. 277
Meleagrus poſt Ceraunum Rex Macedo
niæ.
Ptolomæus Philadelphus ſecundus Rex
Aegyptiorum.
Ariſtophanes grammaticus, Zoilus Ho-
meromaſtix Alexandriæ degunt.
4929 Septuagintaduo ſacræ Biblię interpretes 270
clarent.
Argenteus nummus primum in vrbe fi- 269
guratur.
4932 Antiochus Soter Syriæ & Aſiæ rex. 267
Antigonus Gognas poſt Soſthenem, &
Antipatrum quintus & triceſim9 Rex Ma
cedonum.
4941 M. Regulus & L. Manlius conſules, Ha-
milcarẽ Hannibalis patrem vicerunt. Eſt-
que hoc ſecundum bellum Punicum.
Baſanus rex Sicambrorum,&tandẽ deus
in Germania fulget.
Antiochus Atheos tertius Syrię rex.
Chryſippus, Strabo philoſophi, Aratus
poeta & aſtronomus in Græcia florent.
Horuuendillus decimusnonus Danię rex
Ma-

Anni mundi. | Anni ante Christũ

Manaſſes Iudæorum pontifex.
4957 Ptolomæus Euergetes tertiꝰ Aegypti rex 241
4858 Arſaces primus rex in Parthia fuit.
4966 Antiochus Galerius, ſiue Seleucus Galli 233
cinus Aſiæ & Syriæ rex quartus.
Berenicis reginæ coma in cœlum a Cono
ne mathematico relata hoc tempore pu=
tatur.
4967 Onias ſecundus Iudæorum pontifex.
L.Cornelius Lentulus, & Fuluius Flaccꝰ
conſules Romani.
4968 Demetrius triceſimusſeptimus Macedo= 231
num rex decennio.
Hircanus & Simon pontifices Iudęorum
Eldanus Britãniæ rex.
Viridomarus Galliæ rex.
Seleucus Ceraunus Syriæ quintus rex. 214
Ieſus filius Syrach Hebræus librũ Eccle=
ſiaſticum componit.
4987 Antiochus magnus Syriæ rex ſextus.
Ptolomæus Philopater quartus Aegypti
orum rex.
4992 Philippus poſt Antigonum Macedoniæ 207
Rex annis quadragintaduobus.
Hannibal Carthaginenſium Imperator.
M.Claudius Marcellus,Fabius Maximꝰ,
&M.Liuius Salinator ciues Romani hac
tempeſtate fulgent.
5000 Onias magnus Hebræorum pontifex. 199
Arſichoras rex Sardiniæ.
Archimedes geometer,Ariſtobulus Peri=
pateticus philoſophus & Iudæus, Eraſi=
ſtratus medicus clarent

Attalus

5008 Attalus primus rex Pergami. 191
Ptolomæus Epiphanes quintus rex Ae-
gypti
Rhomani deuictum ad Thermopylas
5009 Antiochum tributarium fecere.
Plautus, Nęuius, Ennius poetę Latini, ac
Panætius philoſophus florent.
Gemmarum luxuria primũ deuicta Aſia
Romam illata eſt.
Scipio Scipionis filius, & Scipio Naſica,
Romæ viuunt clariſſimi ciues.
Bladebredus Britanniæ rex.
Vuermundus Daniæ rex.
Athislus Sueuiæ rex.
5021 Ptolomæus Philopator Sextus Aegypti 178
Rex.
Philo ſapiens Iudæus, Nicander Græcus
poeta, & M, Portiꝰ Cato Romanꝰ florent.
Gotti ac Dani Saxoniæ regnum vaſtant.
Hannibal apud Pruſiam Bithyniæ regẽ 181
veneno perit.
5032 Antiochus illuſtris ſeptimus Aſiæ & Sy-
rię rex, qui Hieruſalem cepit, ac templum
prophanauit.
5034 Perſeus vltimus Macedonum rex. 165
Matthias Hebræus ſacerdos claret.
Iudas Machabæus cũ fratribus occiditur
Antiochus Eupator nonus Syriæ rex.
5045 Maſiniſſa Numidiæ rex.
Paulus Aemilius Rhomanorum conſul, 154
Macedoniam ſubigit, ex quo Oligarchia
& Imperium Rhomanum augeri cœpit
plurimum.

5049 Demetri9 Soter decim9 Syriæ & Aſiæ rex 159
Tertium bellum Punicũ & excidium Car 134
thaginis per Romanos.
Tib. Gracchus tribunus plebis legẽ agra
riam Romæ promulgat.
Bellum Numantinum Romani inchoãt. 133
Ionathas dux fit Iudæorum.
5067 Ptolomæus Euergetes ſeptimus Alexan= 132
driæ rex in Aegypto.
Terentius Carthaginenſis, & Pacuuius
poetæ comici apud Latinos.
5071 Ioannes Hircanus dux & pontifex Iudæ 128
orum.
Antiochus Gryphus rex Syriæ. xv.
5099 Ptolomæus Phyſeon octauus rex in Ae=
gypti Alexandria.
C. Marius Cimbros ad Rhodanum cum 99
rege ipſorum Teutobocho vicit.
5104 Bellum Iugurthinum Romani in Aphri=
ca ſedant.
Ariſtobulus princeps & ſacerdos Iudæo
rum.
Lucius Caſſius Rhomanus a Tigurinis
Germanis deuincitur.
Florentia Hetruriæ vrbs a Syllanis condi 90
tur primum.
Manlius & Seruilius Cœpio proconſules
a Germanis trucidantur.
5113 Ptolomæus Alexander Aegypti nonus 80
Rex.
M. Varro Latinæ linguæ pater, item &
Cato ſtoicus florent.
Aquilius bellũ ſeruile in Sicilia cõpeſcit.

Phi

5117 Philippus vltimus Syriæ & Aſiæ rex, ſub 82
quo regnum in Romanorũ ditionem per
Gabinum conſulem transfertur
Hugletus Daniæ rex.
Caſſander Sicambrorum rèx.
Borbiſta Gottorum rex.
Sociale bellum contra Romanos exurgit 79
in Italia.
5123 Ptolomæus Soter a matre eiectus recupe
rat regnum Aegypti denuo.
Londinũ Britāniæ vrbs ædificat̃ primũ
Bellum ciuile contra patriam Sylla exci
tat.
Mithridates Ponti & Parthorum rex vi- 73
gintiduarum linguarum peritus, a Roma
nis tandem ſuperatur.
5132 Ptolomæus Dionyſius vndecimus Aegy 67
pti rex.
Alexandria Iannei vxor, principatum in
Iudæa poſt mariti mortem obtinet nouē
annis.
Artabazes Armeniæ rex doctiſſimus
5139 Catilina ſeditioſus in agroPiſtorieſi a Ca 60
io Antonio bello perimitur.
M.Craſſus Syriæ a Romanis præficitur.
Hircanus vltimus Iudæorum pontifex.
Areta Arabiæ rex.
Orodes Parthiæ rex.
Deiotarus Galatiæ rex.
Ariouiſtus Germaniæ rex.
Caſſibelianus Britanniæ rex.
4141 Pompeius Maximus Romanorum Impe 58
rator appellatur.

Claruerũt hoc tempore Lucretius, Catul=
lus poetę, M.T.Cicero, Salluſtius, Diodo
rus Sicul. Metridates, Ariſtodemus philo
ſophi & oratores luculentiſſimi.

5143 C.Iulius Cæſar conſul Romę fit. Is prim9 56
Germanos trãs Rhenũ armis aggreſſus ẽ,
atq; annũ ad curſum ſolis accõmodauit,
Cleopatra Aegypti regina luxurioſiſſi= 49
Dioſcorides herbarius floret. (ma

5151 C.Iulius Cæſar ſingulare apud Romanos 48
inchoat imperium, perpetuusq; fit dicta=
tor, quod obtinet annis quatuor, & men=
ſibus ſeptem, tandem in curia Pompeij vi
gintitribus plagis confoditur.
Caſſius Romanus capta Iudęa templum 42
ſpoliat Hieroſolymis.

5158 Octauianus Auguſtus cęſar ſecundus Ro 41
manorum Imperator fit, menſe Auguſto.
Is regnat annis quinquagintaſex, menſi=
busq; ſex, & tandem Nolæ moritur ſeptu
agenario maior.
Vergilius, Horatius, Macer, Manilius, Ti=
bullus poetæ, Antonius Muſa medicus
florent.
Francus Anthatij filius Sicambrorũ Rex 37
fit, a quo gens hæc Francica dici poſtmo
dum cœpit.
Fridleuus Danię vigeſimusnonus rex.

5159 Herodes alienigena a Romanis principa 30
tum in Iudæa obtinet.
Sybilla Tiburtina in Italia fulget.
Bellum Actiacum contra M. Antonium 28
conficitur,

Lugdu

Lugdunum Galliæ ciuitas conditur hoc tempore.
Cornelius Gallus, Ouidius poetæ, T. Liuius Valerius Maximus, Corneli9 Nepos, Strabo hiſtorici florent.
5180 Anna Ioachimo copulatur apud Iudæos 19
Arminius rex Cheruſcorum tres legiones Romanas cũ Varo Quĩtilio ĩ Germania (occidit.
5181 MAria virgo naſcit̃ in Iudęa. 18
Germani inter Albim & Rhenum a Tyberio Nerone debellantur. 6
Porus Indiæ potentiſſimus rex.
Baccho Pannoniorum rex,
Geſtiblindus Gottorum rex.
Frotho tertius Daniæ rex.
Ericus Suetiæ rex.
Nithingus Noruegiæ rex.
Kimhelinus Britonum rex.
Veromirus Batauorum rex.
5198 C. Lentulus & M. Meſſala conſules Romę creantur, ſub quibus Ianus eſt clauſus, mũdusq; deſcriptus, cuius rei gratia Quirin9 in Iudæam primo mittitur. 1

## SEXTA AETAS.

SExta mundi ætas a natiuitate Chriſti ſeruatoris & Meſſiæ veri incipit, duratque ad finem vſque ac conſummationem omnium ſeculorum.

5199 IESVS CHRISTVS ſaluator hominum naſcitur in Bethleem Iudæ, octauo calẽdas Ianuarij, imperij Auguſti quadrageſimoſecũdo anno, qui erat a mũdi principio ſecundũ Hebræos & Bedã. 3952. Anni Chriſti.

ſecundũ Euſebium.5199.ſecundum Oro=
ſium.5200. ſecundũ Iſidorũ.5210. iuxta
vero Aſtronomos.5328. deniq; iuxta Al=
phonſum erat.6984.annus.

5204 Archelaus Herodis filius Iudæos regit. 5
Marocudus poſt Vannium Sueuorũ rex.
Herimer9 poſt Cogionem Francorũ rex.
Ingraui9 poſt Boamundũ Bauarorũ rex.
Gandeſtrus Cattorum in Germania rex.
Herodes Antipa Galilææ præficitur inci 14
pitque regnum Iudęorum in Tetrarchas
ſcindi.

5224 Tyberius Cæſar tertius Romanorum Im 15
perator regnat vigintitribus annis, obijt
in villa Lucullana Campaniæ.
Phraortes Indiæ rex.
Bardaſanes Babyloniæ rex.
Pilatus Pontius Iudææ præficitur. 25

5228 Ioannes Baptiſta in deſerta prædicare in 29
cipit.
Apollonius Tyaneus, Phylo Alexandri= 33
nus ac Cornelius Celſus florent.

5233 Chriſtus patitur,moritur,reſurgit,& in cœ
los aſcendit menſe Martio & ſequente.

5237 Caius Caligula, quartus Romanorũ Im= 38
perator annis tribus,ac decẽ mẽſes.Occu=
buit Chereę ferro Romę ĩ palatio iuuenis.
Agrippa magnus Ariſtobuli filius, Iudęę
præficitur.
Aruiragus Britonum rex.
Londricus Pictonum rex.
Suertingus Saxonum rex.
Bellinus Batauorum rex.

Clau=

5242 Claudius Caij patruus imperator Roma 43
norũ. 5. tredecim annis, octo fere mẽſes pe
rijt veneno vxoris ſuæ domi ſexagenari9.
Petrus Apoſtolus, natiõe Galilę9, papatũ 44
Romę ſuſcipit, ſeditq; vigintiquinq; annis.
Agrippa iunior vltimus Iudæorum rex. 47
Hebion & Nicolaus hęretici, Seneca ſtoi=
cus. & Dionyſius Areopagita philoſophi
Statius, Lucanus, & Perſius poetæ florẽt.
Felix procurator Iudęæ fit. 53
5256 Nero Claudij priuignus Romanorum ſex 57
tus Imperator tredecim annis, menſibus
ſeptem, ac vigintiocto diebus, & tandem
ſeipſum interficit.
Feſtus, Albinus, Florus patricij Romani,
ſucceſſiue Iudæis præficiuntur.
Andromachus medic9 theriacæ inuẽtor. 60
6269 Nero primã in Chriſtianos exercet perſe= 70
cutionem, in qua Paulus gentium doctor
& apoſtolus Dei obtruncatur.
Linus Volaterranus papa ſecundus de= Eodem
cennio.
Euax philoſophus ſummus Arabum rex.
Tiridates Armeniæ rex.
Vologeſus Parthorum rex.
Pacorus Medorum rex.
Galba Sergius imperator menſiũ ſeptem
ab equitibus Romæ trucidatur in foro.
6270 Otho Lucius imperat tres menſes, ac ſe= 72
ipſum Cremonæ transfigit.
Eodem Vitellius nonus imperator Romanorum
menſes tantum ſeptem, occiditur & hic in
foro Romano.

Quintilianus rhetor, Higini9, mathemati
cus, Ioſephus Iudæorum hiſtoricus florēt
5272 Veſpaſianus decimus Imperator Roma= 73
nus decēnio. Hic profluuio alui inter ma=
nus ſubleuātium extinctus eſt in villa ſua
Hieroſolymorum euerſio & excidium. 75
Aſconius Pedianus grammaticus claret.
Cletus Rhomanus, papa tertius, ſedit an= 80
nis duodecim.
5281 Titus poſt patrem vndecim9 Imperator. 82
Romanus regnat biennio, duobusq; mē=
ſibus. febre in rure Reatino exceſſit.
5283 Domitianus poſt fratrem imperator duo 84
decimus regnat annis quindecim, mēſib9
quinq;, tandem conſpiratione Romę ami
corum occiſus eſt.
Clemens quartus papa, ſedit quatuor an. 95
Seruius Sulpitius iureconſultus, Statius,
Iuuenalis Martialis poetæ, Iuſtinus hiſto
ricus hoc tempore clarent.
Durpaneus Dacorum rex.
Ingellus Danorum rex.
Helgo Noruegiæ rex.
Coillus Britonum rex.
5298 Nerua Cocceius Narniēſis tertiuſdecim9 99
ordine, & primus peregrinus Romę Impe
rator. regnat annum, treis menſes, atq; no
uem dies. Romæ extinctus eſt.
Ioannes apoſtolus Euangelium ſuū con
tra Menandrum & Cherinthum Epheſi
ſcribit.
Anacletus Atheniēſis, quintus papa, Ro=
mæ ſedit nouem annis.

5299 Traianus Hiſpanus decimusquartus im= 100
perator Romanorũ Coloniȩ fit: cumq; re=
gnaſſet decem & nouem annis, menſibuſ=
que ſex, deceſſit apud Seleuciam Syriæ.
Euariſtus Grȩcus, papa ſextus Romæ o= 104
cto annis.
Xichimer Francorum rex.
Vindekint Saxonum rex.
Karolus Gottorum rex.
Sijuardus Suetiæ rex. (rizatur.
Ignatius ſancti Ioãnis diſcipulus marty=
Alexander Romanus, papa ſeptimus de=
cennio. Hic inſtituit aquam luſtrabilem.
Suetonius, Plutarchus, Plinius ſecundus,
Item & Baſilides hæreticus, atque Rufus
medicus florent.
5318 Sixtus Romanus, papa octauus decẽnio. 118
Hadrianus Hiſpanus, decimusquitus im 119
perator Romanorum, regnat viginti vno
annis: moritur Hydropiſi ad Baias.
Telephorus Græcus, papa nonus ſedit. x. 129
annis, ac quadrageſimale ieiuniũ iſtituit.
Quadratus apoſtolorũ diſcipulus, Aqui=
la Bibliæ interpres, Secũdus philoſoph⁹
Athenienſis magnȩ taciturnitatis, Corne
lius Tacitus, Iuliusq; Frontinus florent.
Hyginius Græcus, papa decim⁹ quatuor 136
annis, cõſtituit hic Chriſma & compatres
ad baptiſmum Chriſtianorum.
5339 Antoninus pius imperator ſextusdecim⁹ 140
regnat vigintiduobus annis, & tribus mẽ
ſibus: deceſſit febre apud Locros in He=
truria.

Pius Aquileienſis, papa vndecimus, ſedit 143
vndecim annis, & inſtituit feſtum paſcha
tis ad diem dominicum celebrari.
Ptolomæus Pheludenſis aſtronomus &
geographus inſignis Alexandriæ claret.
Taurus, Phauorinus, Gellius philoſophi
Trogus hiſtoricus, Iuſtinus Chriſtianus,
ac Polycarpus epiſcopus fulgent.
Claudius Galenus Pergamenſis medicus
clariſſimus atq; doctiſſimus floret.
5355 Anicetus Syrus papa duodecimus ſedit 156
annis vndecim. Vetuit hic clericis comā
& barbas.
5562 M. Antonius Verus philoſophus impera 163
tor ſeptimusdecimus cum fratre L. Aure-
lio Vero, ſub quibus cœpit primo imperi-
um Romanū per duos adminiſtrari: quo-
rū Lucius imperij duodecimo anno apo
plexia, Marcus vero cū regnaſſet decē &
nouē annis, ex peſtilentia Romæ deceſſit.
Soter Campanus, papa decimustertius 169
ſedit annis nouem. Euſebius, 171.
Montanus & Apelles Cataphrygum hæ
reſim ſeminant.
Scęuola iurecōſult9, Marull9 poeta floret. 178
5377 Eleutherius Nicopolitan9 decimusquar-
tus papa ſedit quindecim annis.
Lucius Britanniarum rex ad Chriſtū con
uertitur.
Vnguinus Gottorum rex.
Haldadus vndecimus Daniæ rex.
Aſmundus Noruegię rex. 182
5381 L. Commod9 imperator octauusdecim9
regnat

regnat tredecim annis poſt patrē. Hic Romæ a concubina ſtrangulatus eſt.
Victor, Apher, papa decimusquintus ſedit Romæ decennio. 194
5349 P. Aelius Pertinax Ligur, decimusnonus Imperator, regnat ſex tantum menſibus, & a militibus occiditur. 195
Didius Iulianus Mediolanēſis occiſo Pertinace imperat ſeptem mēſibus, atq; in palatio a prætorianis interficitur.
Prima inter eccleſiā Romanā & Aſianam diſſenſio ꝑpter paſchatis feſtū: q̄ Romano epiſcopo occaſionē prębuit, vt cūctis ſpretis, ſe caput religiōis & fidei poſuerit.
5395 Septim9 Seuerus Apher vigeſimusprim9 Romanorū imp. regnat decē & octo ānis. Eboraci perijt podagra. 196
Zepherinus papa decimusſext9, ſedit annis ſeptem & decem. Hic ad ſacrificia vitreum calicem ſtatuit habendum. 203
Artabanus Parthorum rex.
